UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XII. Dechant und Kämmerer der Kalandsgilde in Mittenwalde bekunden, welche Abgabe jährlich die Altaristen und Kalandsbrüder an das Domcapitel in Brandenburg zu entrichten haben, am 4. Mai 1394.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54728

Visual Library

manſos in campis Middenwalde, redditus eccleſie ſancte Katherine virginis et offertorium earundem eccleſiarum, ſibi pro ſua et ſuorum miniſtrorum congrua aſſignaverunt ſuſtentatione, reſiduum quorumcunque fructuum, redditnum, proventuum et obventionum dicte eccleſie tam ex ſpiritualibus quam temporalibus ejusdem eccleſie provenientium, per ipſos percipiendum et in eorum proprios uſus convertendum eis reſervaverunt, ac mandaverunt diſcreto Conrado Loſſow presbitero dicte Dioceſis, ut dictum Markewardum Crummenſe eorum Concanonicum auctoritate et vigore huiusmodi inſtitutionis in poſſeſſionem ipſius vel quaſi, videlicet ad curam populi dicte eccleſie duceret corporalem. Acta ſunt hec anno, Indictione, menſe, die, hora, pontificatu et loco, quibus ſupra, preſentibus diſcretis viris Nicolaus Doberitz Clerico, Arnoldo Litzo Layco dicte dioceſis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego Paulus Roſendal, clericus Brandeburgenſis dioceſis, publicus imperiali auctoritate notarius etc.

Aus einem Brandenburger Copialbuche.

XII. Dechant und Kämmerer der Kalandsgilde in Mittenwalde bekunden, welche Abgabe jährlich die Altariſten und Kalandsbrüder an das Domcapitel in Brandenburg zu entrichten haben, am 4. Mai 1394.

Nicolaus Lubberti, decanus, et Johannes Cuntzen ac Petrus de Schenkendorp, camerarii, nec non alii fratres calendarum in Middenwolde, Brandenburg. dioceſis, pro nobis et ſucceſſoribus noſtris, recognoſcimus in his ſcriptis, quod deliberatione et tractatu habitis, uniformiter concordavimus, quod altariſta altaris, ſiti et fundati in eccleſia parrochiali in Middenwolde, in honore glorioſi corporis et ſanguinis Jeſu Chriſti nec non beatorum apoſtolorum Bartholomei ac Mathei conſecrati, qui pro tempore fuerit, dare debebit annuatim in feſto Paſche capitulo Brandenburgenſi quindecim latos groſſos uſuales dativos et nos predicti fratres calendarum ac altariſta et noſtri ſucceſſores dare debebunt tertiam partem eidem capitulo de teſtamentis et quibusvis donationibus, quocunque locorum nobis ac fraternitati et calende nec non altariſte predictis aſſignatis et donatis quolibet modo. In hujus rei teſtimonium etc. Datum et actum Middenwolde, anno domini M. CCC. XCIIII. feria ſecunda poſt dominicam, qua cantatur Miſericordia domini.

Aus einem Brandenburger Copialbuche.

XIII. Markgraf Jobſt befiehlt den Rathleuten zu Brandenburg, Berlin, Cöln, Frankfurt, Treuenbrietzen, Belitz und Mittenwalde, dahin zu wirken, daß die Städte Treuenbrietzen, Belitz und Mittenwalde dem Markgrafen Wilhelm von Meißen den Huldigungseid leiſten, am 9. Februar 1394.

Joſt, von Gottes Gnaden Marggraff und Herr zu Mehren. Lieben getreuen, alſz wir vormalſz unſern Stedten Brytzen, Belitz und Middenwalde unſern Lieben getrewen geſchrie-